

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amissio rerum l  
cum fonte primo

Pecuniam perdidi;  
eris nunc in uia expeditior, domi tucior.  
Exonerauit te fortuna, si intelligis,  
et tuciore posuit loco. Dampnum putas;  
remedium est.

Deflens miserum te clamitas  
quod opibus excussus es.  
Tuo uicio ista tibi iactura tam tristis est.  
Non tam moleste ferres,  
si tanquam perditurus habuisses.

Seneca ibidem (de remediis fortune).

“Pecuniam perdidi.”  
Et illa [quidem] quam multos!  
Eris nunc in via expeditior, domi tutior:  
non habebis, sed non timebis heredem.  
Exoneravit te fortuna, si intelligis,  
et tuciore loco posuit: dampnum putas?  
remedium est.  
[Denique si amissas cum amissis taediis  
conferas, lucrum voces.]  
Defles, gemis, miserum te clamitas,  
quod opibus excussus es?  
tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est.  
non tam moleste ferres,  
si tanquam perditurus habuisses.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitarum liber*, 11.3 (F. Haase ed., p.453).